

**Ethica Amoris, Sive Theologia Sanctorum, Magni
Praesertim Augustini, Et Thomae Aquinatis**

Circa Universam Amoris & Morum Doctrinam, Adversus Novitias Opiniones
Strenuè propugnata, Et In Materiis Principaliter Hodie Controversis
Fundamentaliter discussa

De Sacramentis In Genere Et Specie - Libros Octo Complectens

Henricus, de Sancto Ignatio

Leodii, 1709

Caput 271. Illicitus est omnis usus scientiæ confessionis, extra
confessionem, per quem confessio redditur odiosa, vel qui sit cum
pœnitentis gravamine, vel incommodo, confessioni extrinseco.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73212](#)

Nequē enim dicere potest se negasse absolūtionem: quia ex hoc Iudex induceretur in suspicio-
nem commissi ab ipso gravis criminis, de quo
non satis pōmeret. Et idēc violator est figili,
qui absolutionem se negasse dicit homini, cuius
confessionem exceptit.

CAPUT CCLXX.

Sacerdos, cui facta est confessio, potest de licen-
tia expressa penitentiis, de rebus in confessio-
ne auditis cum eo colloqui, & cum qualibet
alii persona.

²⁸⁷⁴ **T**a S. Thomas Supplcm. q. 11. a. 4. S. Bonaventura, S. Antoninum, & Doctores passim omnes. Ratione dat S. Thomas, quia duo sunt proprie-
ter que tenet Sacerdos peccatum occultare. Pri-
mo & principalius quia ipsi occultatio est de effe-
tua Sacramenti, in quantum sit illud ut Deus,
cuius vicem gerit in confessione. Alio modo propter
scandalum vitandum. Potest autem confitens faci-
re, ut illud quod Sacerdos sciebat tantum ut Deus,
sciat etiam ut bonus; quod facit, dura licentiam
eum ad dicendum. Et idēc si dicat, non frangit
figilli confessio. Tamen debet eavere scandalum
dicendo, ne fractor figilli reputetur. Ratio bre-
vior haec afferri potest: quia sicut penitentis cri-
men a te confessum extra confessionem revelare
potest; ita revelandi licentiam concedere.

²⁸⁷⁵ Nec dicas hinc aperiri viam malis Sacerdoti-
bus revelandi confessionem, sub falso prætextu
licentia penitentis. Quia (ut S. Doctor profe-
quit) imminet eis probatio (si acculcatur) quid
de licentia penitentis revelaverint. Quam proin-
de ut in facta exigentia probare possint, fine licen-
tia in scriptis facile non revelabunt.

²⁸⁷⁶ Dixi de licentia expressa penitentiis. Neque enim
sufficit tacita, vel interpretativa. Ob grandia ma-
la sequi nata ex ea quid Conflariis relinquere-
tur potestas interpretandi mentem, seu voluntate
penitentis. In qua interpretatione facile ex-
cederent, fallerenturque prælumentis consensum
penitentis, cum non esset. Quo fieret, ut fideles
cum fundamento averterent à confessione, si
Conflariis licet pro libitu sic confidentium
mentem interpretari.

²⁸⁷⁷ Debet etiam licentia penitentis esse omnino lib-
era & spontanea, & nullo modo coacta, vel ex-
torta per importunitatem Conflarii, vel coa-
ctionem cuiusvis alterius. Unde si uxor, à ma-
rito coacta, facultatem daret Conflario pecca-
tum suum revelandi, illud revellare non posset.

CAPUT CCLXXI.

Illicitus est omnis usus scientia confessionis, ex-
tra confessionem, per quem confessio redditur
odisa, vel qui sit cum penitentis gravamine,
vel incommode, confessioni extrinseco.

²⁸⁷⁸ **P**urimorum opinio est, Conflarii posse
extra confessionem ut scientia confessionis,
dummodo id fiat absque periculo detegendi con-
fessionem, & absque periculo suspicione, quid
id fiat ob scientiam confessionis. Pro ea S. Tho-
mas, S. Bonaventuram, S. Antoninum, Seo-
tum, Dionysium Carthusianum, aliosque mag-
no numero referunt Sanchez lib. 3. de matrim. dilp.
16. num. 2. Morinus l. 2. c. 16. Leander à SS.
Sacramento hic q. 62. ubi illos sequitur cum Tan-
nero, Sylvio, Hurtado, Villalobos, &c. Inde-
que plurima concludit. ¹⁰ q. 63. Superiorum
posse ob peccatum ex sola confessione notum
privare subditum officio ad nutum amovibili, e-
tiam post Decretum Clem. VIII. postea referen-

dum. ²⁰ q. 64. esse licitum secretū negare suffra-
gium ob indignitatem ex sola confessione notam.
³⁰ q. 66. esse licitum monere Prætores urbis,
Principes, Prælatos, &c. de malo imminentे
urbī, vel Republica, vel Ecclesia, vel Mono-
strio, ut diligenter invigilant, & periculum a-
vertant, modo reus, vel complices, quorum cri-
men ex sola confessione notum est, nominati
& in individuo, direcē vel indirecē non mani-
festentur, nec prodantur. Quod etiam (uti &
secondum) novissime docet Natalis Alexander Th.
Dogmat. to. 4. 1. 2. reg. 48. & 57. ⁴⁰ q. 67. esse
licitum Superiori, ob scientiam confessionis, ne-
gate subditus licentiam cundi foras, altoquendi ex-
ternos, claudere januas vel fenestrās, per quas
de nocte exent, &c. ⁵⁰ q. 69. Conflarium
posse dimittere famulum, quem ex sola confes-
sione fecit esse furacem.

Verum hæc opinio præsentis Ecclesiæ sensui
non congruit. Nec ullo modo sequenda est in
praxi. Primo, quia ipsius Patroni illius tot cir-
cumstantias, tantamque cautelam ad proximū illius
requirunt, ut vix in praxi concurrent, ut
benè advertit Sanchez ubi supradictum.

Secundo, quia opinio illa miseris peccatori-
bus oditum & formidabile reddit Pœnitentia
Sacramentum, in iporum solamen & levamen,
non in odium a Christo institutum. Tollit enim
miseris peccatoriis confidentiam & securitatem
confitendi peccata sua, saltem gravia, hoc ipso
quid sciunt Conflarii ut possit scientia ex
sola confessione acquistā, ad suffragium ipsi
negandū, ad removendū ipsos ab officio,
libet ad nutum amovibili, &c. Et cui (amabo!)
securum erit, & molestum non erit, confiteri
alicui Thomistæ, vel Scotistæ v. g. quem securit
imbutum illa opinione S. Thomas, vel Scoti,
inò per Constitutiones suas adhucrum ad eam
sequendarū: periculum proinde est, si tali con-
fiteatur, ne sibi in occasione suffragium negent,
communiisque aliis commoda recusent ob
confessionem?

Tertio, opinio illa dat miseris peccatoriis oc-
casione faciendo in confessione gravia peccata,
ex quorum manifestatione, jure merito timere po-
terunt exclusionem a suffragiis, communibusque
aliis commodiis, si opinio illa practicē probabilis
sit. Si enim practicē probabilis sit, probabilit̄ timore
poterunt proximū illam. Communis verò Do-
ctorum sententia est, probabilit̄ timentem sibi,
vel aliis, aliquod grave incommodum, vel dam-
num, extrinsecum confessioni, ex eo quid con-
ficiatur certum aliquod peccatum, non teneri illud
confiteri.

Quarto, si opinio illa practicē sit probabilis,
omnes Novitiū excusatuntur ab obligatione confi-
tendi peccata, ob quorum confessionem probabi-
liter timere poterunt, ne sibi suffragium negetur
ad profundum, sicut & omnes Professi ab obli-
gatione confitendi peccata, ob quorum confessio-
nem probabilit̄ timere poterunt, sibi suffragium
negandum ad officia & prelaturas, sibi negandam
exaudiendi iuriam, &c. Quo proinde cau omnes
Religiosi, tam Professi, quam Novitiū, excusatuntur
ab obligatione confitendi gravia crimina,
ab corumque confessione retrahentur. Hoc ipso
namque probabilem habebunt causam id timendi,
quo habebunt notitiam illius opinionis, practicē
que probabilit̄ illius. Igitur opinio illa miseros
peccatores retrahit à confessione. Frustrancam e-
tiam reddit peccatorum reservationem. Quia fi-
deles, qui in easum reservatum inciderint, non
tenebunt illum confiteri Superiori, vel delega-
to ipsius, ob justum timorem incurriendi grave in-
commodum ex tali confessione.

Et idēc Clem. VIII. 16. Maii 1594. Regula.

Kkkk 3

riani Superioribus vetus, ne hotitia confessionis ad exteriorem gubernationem quovis modo ute-
rentur: tam Superioris (inquit) pro tempore exi-
gentes, quam Confessoris, qui posset ad superiori-
tatis gradum fuerint promoti, caceant diligenter-
me, ne eā nositiā, quam de aliorum peccatis in con-
fessione habuerunt, ad exteriorem gubernationem
reuantur. Ubi, cum indistincte loquatur, non est
quod à nobis limitetur; sed simpliciter & absque
limitatione observandum est. Cum etiam Pontifex
excludat omnem casum (generaliter namque, &
absque ulla exceptione loquitor) figura est ipsum
censuisse id ex natura rei, ex ipsaque institutione
hujus Sacramenti illicitum. Alius omnia casum
excludere non potuisse, prout ostendit Dicasterio
disput. 7. scđ. 5.

2884 Anno etiam 1682, emanavit Decretum S. Con-
gregationis, inhibens docere, quod licet ut scientia
confessionis cum gravamine penitentis. Argui
cā scientia uitior cum gravamine penitentis, qui
ex ea negat suffragium vel licentiam aliquam,
alias non negatur. Tametsi enim penitentis non
habeat ius ad suffragium vel licentiam; habet ta-
men ius ne suffragium vel licentiam sibi negetur,
ex sola scientia sua confessionis. Tametsi etiam
penitentis forte non sciat, nec suscipiter, sibi suf-
fragium vel licentiam negari ratione confessionis;
sed solus Deus id sciens: scit equidem posse ne-
gari, secundum illam opinionem, in coque se
gravari possit à Confessario, quod confessione ip-
si facta uti queat contra Christi institutionem, qui
non vult ut Confessorius cā scientia, in peniten-
tis incommodum, utatur ut homo, quam non
habet ut homo, sed ut Deus. Qui etiam, ubi de
incommodo penitentis agitur, vult ut Confessori-
rius non magis utatur ut quod per confessionem
scit, quam si nesciret, & in praxi sequatur verifi-
cans hanc Carthusiani sententiam: quod per
confessionem scio, minus scio, quam quod non scio.
Confessionem quippe instituit in favorem, com-
modum, & levamen; non in odium, incommo-
dum, vel gravamen penitentis, vultque ad eam
ut amabilem omnes attrahi, neminem ab ea ve-
lut formidabili retrahi.

2885 Ex his sequitur 1°. propterea improbanda esse
quaecunque Leander supra n. 2878. dedit ex
opinione quam impugnamus.

2886 2°. Prælatum puniri non posse subditum, ob
peccatum ex sola confessione notum; nec Paro-
chum à matrimonio repellere parochianum, ob
impedimentum, cuius notitiam ex sola habet
confessio; nec ob negatam absolutionem ne-
gari posse testimonium confessionis, audiri con-
fessionem talis, &c. Inde nec testimonium de lau-
dabili vita & moribus (in ordine ad Ordines v. g.)
ob crimen in confessione auditum, ubi mos est
hujusmodi testimonium dare.

2887 3°. non esse licitum, austriorum vultum po-
nitenti ostendre, propter auditum in confessione;
nec conversationem ipsius declinare; nec minus
honoris ipsi deferre; nec minorum affectum, quam

anteā demonstrare.

4°. Confessarium non posse, extra confessio-
nem, loqui cum penitente, de auditis in con-
fessione, abique licentia ipsius. Proinde si loqui
cum penitente necesse sit, petitā ab ipso licentia,
teneri noverit, inquit S. Carolus Borromaeus in
Instruct. Confessar.

5°. plerique Authores nostræ assertioſ ſequi
etiam putant Confessarium a proposito sacrificandi
defeffere non posse, si ex ſola confefſione po-
nitentiſ ſolarū ipſum mifcuſiſ venenum vino ad
ſacrificandum parato, nec aliud vinum ad ma-
num fit; non posse etiam declinare locum, in
quo ex ſola confefſione fecit infidilia ſibi paratas ad
ipſum occidentum. Ita Card. de Lugo, & ali
apud Dianam p. 5. tr. 11. refol. 46. & p. 11. tr. 8.
refol. 50. Puto tamen Confessarium poſſe tunc
obligare penitentem ad concedendam ſibi licen-
tiam declinandi mortem ſibi paratam. Quia ſi da-
re noſit, alieui forte videbitur confefſionem ipſius
non eſſe sacramentalē, fed infidiliſam, deceptio-
riam, illuſoriam, & ſimulatam, ſive facit ad deci-
piendum, illudendum, vel ad ſimulandum, non
ad confequendam abſolutionem, prout in caſu
n. 285. relato ex Cæſario, ſicut, & in caſu con-
juratioſi in Pontificem (de quo ibidem) in quo
Pontifex ceuſit confefſionem non forte ſacra-
mentalē. Sed tu cogita: malo namque hac in
re ſapienſiorum audire judicium, quam edere
proprionem.

Sequitur 6°. non eſſe licitum Confessatio, 2891
comitanti reos ad furcam, auditis omnium con-
fessionibus, dicere Judici aut populo (post omni-
um ſupplicium) ſibi conſtar Peirum v. g. uſile
innocentem. Quia ſi indecet ceterut ex con-
fessione Judici vel populo notitiam vel ſuspicio-
nem ingerere alios uſile nocentes, aliorum pro-
inde confefſionem indecet revolat.

Hinc periculofum eſt, ex paucis penitentibus 2891
tuis, de quibus eſt fermi, unum pra aliis ex fa-
cramentali direktione confientia ipſius commen-
dere, innocentissimum declarare, etiam post mortem
omnium. Quia eo ipſo quo unum ſic ſpecia-
liter commendans, de aliis tacet, ſufpicionem in-
gerit alios non uſile ita innocentes, ita commen-
dabilis, &c.

Cæterum licitus eſt talis uſus scientie confe-
ſionis, qui penitenti nullo modo odioſus fit, nec
incommodus. Quia nullo modo odioſus, vel
moleſtam, ſeu incommode reddit confefſionem. Et ita communis timoratorum Confessario-
rum praxis oſtendit, dum ex ſcientie confefſionis
caventi pericula, ex quibus aliorum lapſum intel-
lexerunt; vel diſcut modum converſandi cum
penitente, fine offenſione, vel ſcandalo ipſius;
vel ſpecialiter orant Deum pro ipſo; vel dam
Superiores ex ſacramentali ſcientia murmuratio-
num contra ſuum regendi modum, ſe emendant,
moderant, &c.